οἱ οὕτω μεταβαλλόμενοι εἰς τιμαριούχους συνεισφέροντας ἵππους ὀφείλουσι νὰ ὑπηρετῶσιν ἔφιπποι αὐτοπροσώπως. Αἱ δὲ σερβενταρίαι, αἱ ὁποῖαι θὰ παρέμενον τοιαῦται, συνεισφέρουσαι δηλαδὴ πεζούς, θὰ ὑπηρετῶνται αὐτοπροσώπως ὑπὸ τῶν τιμαριούχων, χωρὶς νὰ δύνανται οὗτοι νὰ διορίζωσιν ἀντικαταστάτην, εἰ μὴ ἐν περιπτώσει σωματικῆς ἀνικανότητος. Τοῦ λοιποῦ αἱ συγχωνευθεῖσαι σερβενταρίαι δὲν δύνανται νὰ ἐπανέλθωσιν εἰς τὴν προτέραν κατάστασιν.

Copia dal Libro Negro della cancellaria Maggior di Candia. f° 3.
Ambasseria dell' Ecc^mo Ms. Andrea Corner et Lunardo Gradenigo; fù l'anno 1304.

De coniunctione Seruentariarum.

Petrus Gradonico Dei gratia Dux Venetiarum etc. *Nobili et sapienti uiro* * Guidoni de Canali *de suo mandato* duche Crete *et nobilibus uiris* eius consiliarijs, *fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.* Venientes ad nos uiri nobiles Andreas Cornario et Leonardus Gradonico Ambaxatores uestri et uniuersitatis militum *fidelium nostrorum, a nobis inter alia,* petierunt, *instanter, quod pro salute, et conseruatione insule ordinari facere dignaremur, quod* seruentarie coniungi possent in unum, *ut de cetero ad ipsum seruirent. Nos antem habentes preter aliis ad statum bonum insule nostre speciale intuitum et super consulta mediatione pensantes,* decreuimus *solemni deliberatione prehabita quod,* cum equites *in dicta insula,* sint deffensio, et securitas maxima, *et per consequens pedites, deffensionem modicam; faciant* seruentarias, coniungi posse hoc modo et ordine infrascripto: ut seruentarie, omnes seruientes pedites coniungatur tres in simul uel sex in simul, *sicut uobis uidebitur,* et illi, *feudatorum,* quorum erunt seruertarie *ipse,* ad equum seruiant in persona, et reliqui refutent ei, qui seruierit, id quod uobis conueniens uidebitur, *tali conditione quod,* si aliquis feudatorum *dare uellet qnod sua seruentaria esset de illis, que conditionate fuerunt per concessionem seruire* peditum *et* nollet de dicta coniunctione *esse contentus,* serviat in persona ad sua seruentaria, nec possit ponere aliquem loco suo, *aliquo modo,* nisi occasione euidentis infirmitatis *sue persone,* et de cetero omnes caualarie non possint separari aliquo modo uel ingenio, quantum ad guarnitionem. *Quare uobis* scribimus per nos et nostra consilia Minus, Rogatorum et XL *uobis precipiendo* mandantes *quatenus facientes premissa in commissionibus nostris, conscribi et ordinare* et obseruari facere inviolabiliter.

Data in nostro Ducali Palatio die IIII Julij Indictione II. MCCCIIII.

15

Ὑπὲρ Λεονάρδου Γραδονίκου ἀναφερομένου.

F° 50 Pro Leonardo Gradonico petente etc.

* Τὰ διὰ πλαγίων στοιχείων δὲν συμπεριλαμβάνονται εἰς τὸ ὑπὸ τοῦ Gerland ἐκδοθὲν κείμενον.

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ